

AperTO - Archivio Istituzionale Open Access dell'Università di Torino

**Primae notulae ad Luculli Ciceroniani recentiores recensendos**

**This is the author's manuscript**

*Original Citation:*

*Availability:*

This version is available <http://hdl.handle.net/2318/97226> since

*Publisher:*

Edizioni dell'Orso

*Terms of use:*

Open Access

Anyone can freely access the full text of works made available as "Open Access". Works made available under a Creative Commons license can be used according to the terms and conditions of said license. Use of all other works requires consent of the right holder (author or publisher) if not exempted from copyright protection by the applicable law.

(Article begins on next page)

# ‘Tanti affetti in tal momento’

Studi in onore di Giovanna Garbarino



*a cura di*

ANDREA BALBO   FEDERICA BESSONE   ERMANNO MALASPINA

Edizioni dell'Orso

# ‘Tanti affetti in tal momento’

## Studi in onore di Giovanna Garbarino

a cura di

Andrea Balbo, Federica Bessone, Ermanno Malaspina



Edizioni dell'Orso  
Alessandria

© 2011

Copyright by Edizioni dell'Orso s.r.l.

15121 Alessandria, via Rattazzi 47

Tel. 0131.252349 - Fax 0131.257567

E-mail: [info@ediorso.it](mailto:info@ediorso.it)

<http://www.ediorso.it>

Realizzazione editoriale a cura di Arun Maltese ([bear.am@savonaonline.it](mailto:bear.am@savonaonline.it))

*È vietata la riproduzione, anche parziale, non autorizzata, con qualsiasi mezzo effettuata, compresa la fotocopia, anche a uso interno e didattico. L'illecito sarà penalmente perseguibile a norma dell'art. 171 della Legge n. 633 del 22.04.1941*

ISBN 978-88-6274-308-2

ERMANNIO MALASPINA

## Primae notulae ad *Luculli* Ciceroniani recentiores recensendos

Abhinc aliquot annos, uti scis, Ioanna carissima, munus mihi delatum est *Luculli* recensendi et in Editionibus Universitatis Francogallicae, quae vernaculo sermone *Belles Lettres* nuncupantur, edendi. Ut opus conficeretur, cui praeest sodalis tuus carissimus Carolus Lévy, *Academicorum* et fragmentorum edendorum curam sibi Terentius Hunt suscepit, qui iam horum librorum monumenta manuscripta investigaverat commentationemque ediderat luculentam<sup>1</sup>.

Cum a viris doctis codices antiquissimi (praecipue *corpus* illud quod dicitur *Leidense*) recogniti sint et necessitudo inter eos iam ab Othone Plasberg et Petro Schmidt – ut tantum optime meritos nominem – cognita explicataque sit<sup>2</sup>, manent tamen ignota manuscripta post saeculum XII exarata, cum eorum lectiones ad textum recensendum minimi momenti esse visae sint omnibus.

Quae notitia – vocabulum vere Academicum – de recentiorum fide nunc percepta adsensa fixa est propter collationes quas institui, libris et photographice depictis et undique collatis et saepius in bibliothecis ipsis inspectis: nam lectiones tales repperi quae raro in apparatu laudarentur, quae nequaquam non a *corpore Leidensi* aliquo rivulo manarent, quae numquam stilo Ciceroniano dignae esse viderentur. Bibliopolae igitur iussis parui, qui iure avebat librum editum quam primum conspicerem, operamque et dedi et dabo ut *Luculli* textum apparatusque perficiam, recentiorum stemmate sine editionis detrimento dilato in posterum<sup>3</sup>.

<sup>1</sup> T.J. Hunt, *A Textual History of Cicero's 'Academici libri'*, «Mnemosyne Supplementum» 181, Leiden 1998.

<sup>2</sup> M. Tulli Ciceronis *Paradoxa Stoicorum, Academicorum reliquiae cum Lucullo, Timaeus*, fasc. I, ed. O. Plasberg, Lipsiae 1908; P.L. Schmidt, *Die Überlieferung von Ciceros Schrift 'de legibus' im Mittelalter und Renaissance*, München 1974. Vide etiam C. Halm, *Zur Handschriftenkunde der Ciceronischen Schriften*, Programm Maximilians-Gymnasiums, München 1850; H. Deiter, *De Ciceronis codicibus Vossianis LXXXIV. et LXXXVI. denuo excussis*, Progr., Auricae 1885; M. Tulli Ciceronis *Academica*, the text revised and explained by J.S. Reid, London 1885; M. Zelzer, K. Zelzer, *Zur Frage der Überlieferung des Leidener Corpus philosophischer Schriften des Cicero, mit einer kritischen Bewertung karolingischer Textemendation*, «Wien. Stud.» 114, 2001, pp. 183-214.

<sup>3</sup> Peropportune Schmidt, *op. laud.*, p. 18 illud Sebastiani Timpanaro laudat: «Rimane l'esigenza pratica di non rimandare all'infinito certe edizioni critiche per studiare la storia della tra-

Atqui hoc stemma manet mea quidem sententia opus non inutile ad necessitudines recentiorum illustrandas, siquidem philologis non tantum edendus textus antiquus, sed etiam ipsius historia perspicienda traditioque quae dicitur manuscripta recensenda est, in medio aevo et in litterarum renascentium diffusa saeculis<sup>4</sup>.

Quae cum ita essent, primitias mearum collationum utique ante librum editum tibi praebere institui, quippe cui noti et dilecti essent et labor philologicus et Cicero philosophus<sup>5</sup>: primum indicem manuscriptorum a me adhuc repertorum descripsi<sup>6</sup>, deinde notulas addidi, quarum ope spero me olim melius descripturum esse cognationes et familias recentiorum codicum, quos deinceps appellaturus sum siglis tantum.

dizione in tutti i suoi minimi dettagli, di non immergersi tanto a fondo nello studio della cultura medievale e umanistica da dimenticarsi di ritornare alla critica del testo» (*La genesi del metodo del Lachmann*, Firenze 1985<sup>3</sup>, p. 102; vide etiam R. Badali, *Sui codici dei Paradoxa di Cicerone*, «Riv. Cult. Class. Med.» 10, 1968, p. 28). Aliquid tamen novi spero me modo allaturum, vide adnotationem XXV.

<sup>4</sup> Cf. Schmidt, *op. laud.*, pp. 17-19.

<sup>5</sup> Ad Latinum, quod spero tibi minime displicere posse, me contuli non quod is sermo proprius dissertationum philologicarum olim fuit, sed quia, vivis cum mortuis doctoribus artissimo vinculo semper coniunctis, obsequium meum una tecum erga magistrum nostrum Italum Lana conferre volo, qui abhinc multos annos me hortatus est ut dissertatiunculam Latine conscriberem, quod promissum usque ad hunc diem non solvi. Cum codicum compendia Latine in Indice ipso vertere ausus non sim, linguam cuiusque propriam servavi.

<sup>6</sup> Bibliothecarum complurium indices evolvi, sed sum maxime nusus libris quos supra in adnotationibus I II et infra XI laudavi. Integritatis fidem inquisitioni meae sponderunt schedulae quas Parisiis in Collegio illo Historiae Textuique Investigandis (*I.R.H.T.*) cui mirificas gratias ago, repperi. Quamquam, integritas in his rebus magis species Platonica et quasi figura, ne somnium dicam, videtur mihi esse, quam finis quem vere consequi possis. Argumentum sit quod absconditos in indicibus Bibliothecae Marcianae a VV.DD. Valentinelli et Zorzanello conscriptis codices *Ac. et par.* continentes deprehendi quos ne Hunt Badalique quidem, quae eorum diligentia est, notaverant: codicem 130, a. 202, l. 144 (Z. L. CCCCXII) (saec. XIV), *am. par. somn. Ac.I* continentem, qui deest in *Indice nominum* Valentinelli, sed reperitur in *Indice rerum* (cf. Valentinelli vol. IV, p. 84). Desunt in omnibus Valentinelli *Indicibus* in fine libri positus hi codices classis X, 131, a. 206, l. 137 (L. VI, XCII) (anno 1471), *am. par. sen. somn.* continens; 132, a. 198, l. 140 (L. VI, CCVII) (saec. XV) *am. par. somn.*; 133, a. 289, l. 136 (L. VI, CCV) (saec. XV), *sen. am. par.*; 134, a. 188, l. 130 (L. VI, CXIX) (saec. XV), *sen. am. par.*; 135, a. 213, l. 144 (Z. L. CCCCXVI) (saec. XV), *am. sen. par.* Desunt omnino in Valentinelli libro, sed a recentiore Zorzanello laudati sunt hi manuscripti, *par.* continentes: VI, 307 (3088) (saec. XV); XII, 33 (4436) (saec. XV); XIV, 31 (4701) (saec. XV-XVI). Item Schmidt mentionem non fecit nec codicis *Ang.* quamquam in eo excerpta librorum *De legibus* 93 r – 97 v una cum *Luculli* leguntur, nec deperdit ex Monasterio de Syon (Isleworth, C 6, b67, vide M. Bateson, *Catalogue of the Library of Syon Monastery, Isleworth*, Cambridge 1898, pp. 20-21), opera philosophica continentis. Non dubito quin etiam graviores lacunae in indice meo deprehendi possint et ilico gratias ago eis qui mecum communicabunt.

<i>Bibliotheca in qua libri asservantur</i>	<i>Titulus</i>	<i>Paginae</i>	<i>Saeculum vel annus</i>	<i>Compendia</i> <sup>7</sup>	<i>Libri ubi laudantur</i> <sup>8</sup>
Bern*, Burgerbibliothek	161	77 v – 78 r	saec. XIV	<i>Bern</i>	
Besançon, Bibliothèque Municipale	840 (jaquette 28069)	131 r – 157 v	saec. XV	<i>Bes</i>	S
Bologna, Biblioteca universitaria	2228 (lat. 1096)	339 r – 362 r	saec. XV	<i>Bon</i>	H Pdiv Pnat S
Cambridge, University Library	Addit. 2582	55 r – 91 v	saec. XV	<i>Cant</i>	H S
Cambridge, University Library	Dd.XIII.2	88 r – 106 v	a. 1444	<i>Cant2</i>	Pdiv Pnat
Cambridge*, St. John's College	97 (D.22)	164	saec. XIV	<i>Cant3</i>	Pdiv Pnat H
Cesena, Biblioteca Malatestiana	S.XVIII.1	298 r – 320 r	saec. XV	<i>Ces</i>	H Pdiv Pnat S
Città del Vaticano, B.A.V.	Chigi H. V. 147.	168 v – 212 r	a. 1463	<i>Chis</i>	H
Città del Vaticano, B.A.V.	Chigi H. VII. 221.	138 r – 174 v	saec. XV	<i>Chis1</i>	H Pnat S
Città del Vaticano, B.A.V.	Ottobon. Lat. 1478	1 v – 50 v	saec. XV	<i>Ott</i>	
Città del Vaticano, B.A.V.	Pal. Lat. 1525	167 v – 183 v	a. 1467	<i>Pal</i>	Pdiv Pnat Rey H
Città del Vaticano, B.A.V.	Pal. Lat. 1515	102 r – 137 r	saec. XV	<i>Pal6</i>	
Città del Vaticano*, B.A.V.	Reg. Lat. 1762	5 r – 7 v; 56 v – 63 v	saec. IX	<i>K</i>	Pdiv S
Città del Vaticano, B.A.V.	Reg. Lat. 1481	108 r – 122 r	saec. XV	<i>Reg</i>	Pnat S
Città del Vaticano*, B.A.V.	Reg. Lat. 358	40 v – 41 r	saec. XV	<i>Reg1</i>	S
Città del Vaticano, B.A.V.	Urb. Lat. 319	156 v – 189 v	saec. XV	<i>Urb</i>	H Pdiv Pnat S
Città del Vaticano, B.A.V.	Vat. Lat. 3245	1 r – 34 r	saec. XV	<i>Vat4</i>	S
Città del Vaticano, B.A.V.	Vat. Lat. 11493	174 v – 196 r	a. 1458	<i>Vat6</i>	S
Dresden, Sächsische Landesbibliothek	Dc 106	311 r – 333 r	saec. XV	<i>Dresd1</i>	H Pdiv Pnat S
El Escorial, Real Biblioteca de San Lorenzo	V.III.6	1 r – 21 v	saec. XIII ex.	<i>Scor4</i>	Pdiv Pnat S

<sup>7</sup> Cave credas compendia ad arbitrium posita esse, quod *Cant* et *Cant2*, *Pal* et *Pal6*, *Vat* et *Vat4* delegerim, potius quam e.g. *Cant* et *Cant1*, *Pal* et *Pal1*, *Vat* et *Vat1*. Delectus haec ratio fuit, Petri Schmidt sigla semper servare, ne confusio existeret neve lectori vetera cum nova umquam conferenda essent. Ibi, ubi ultimae columnae areolae vacuae sunt, duodecim manuscripta laudantur quae a me primum inventa et *Corporis Leidensis* traditioni inserta sunt.

<sup>8</sup> H = Hunt, *op. laud.*; R = Reid, *op. laud.*; Rey = L.D. Reynolds, *The Transmission of the 'De Fimibus'*, «Italia Med. Um.» 35, 1992, pp. 1-30; Pdiv = *M. Tulli Ciceronis de divinatione libri duo*, edited by A.S. Pease, Urbana 1920; Pnat = *M. Tulli Ciceronis de natura deorum*, edited by A.S. Pease, Cambridge (Mass.) 1955; S = Schmidt, *op. laud.* Memento autem Pdiv et Pnat manuscripta non recensuisse, sed breviter enumeravisse. Asterisco (\*) hi codices notantur, qui *Luculli* tantum excerpta quaedam perhibent.

El Escorial, Real Biblioteca de San Lorenzo	R.I.2	98 v – 120 v	saec. XIV	<i>Scor5</i>	Rey H
Erfurt*, Collegium Amplonianum	Q 393	108 v	a. c. 1380	<i>Erf</i>	<i>Pdiv</i>
Erlangen, Universitätsbibliothek	618 (olim 847)	206 v – 225 v	a. 1466	<i>Erl</i>	H <i>Pdiv Pnat</i>
Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana	S. Marco 257	64 r – 77 r	saec. IX	<i>F</i>	<i>Pdiv Pnat S</i>
Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana	ex Gaddi, Plut. 90 sup. 78	181 r – 211 v	saec. XV	<i>Gadd</i>	H <i>Pnat S</i>
Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana	Fiesole 188	270 r – 291 r	saec. XV	<i>Fes</i>	H <i>Pdiv Pnat S</i>
Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana	Plut. 76, 3	113 r – 152 v	saec. XV	<i>Laur1</i>	S
Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana	Plut. 76, 11	1 r – 44 v	saec. XV	<i>Laur2</i>	S
Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana	Plut. 83, 7	226 r – 267 v	saec. XV	<i>Laur3</i>	H <i>Pdiv Pnat S</i>
Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana	S. Marco 272	1 r – 27 r	saec. XV	<i>Nicc</i>	
Firenze, Biblioteca Nazionale	Magl. XXIX, 199	60 r – 90 r	saec. XIV	<i>Magl</i>	S
Firenze, Biblioteca Riccardiana e Moreniana	571	39 r – 77 v	saec. XV	<i>Ricc</i>	S
Gand, Bibliothèque municipale et universitaire	68	99 r – 142 v	saec. XV	<i>Gand</i>	H S
Glasgow, University Library, Hunterian Museum	T.2.14 (56)	87 r – 104 v	saec. XIV-XV	<i>Glas</i>	
Leiden, Bibliotheek der Rijksuniversiteit	Voss. Lat. F 84	88 r – 104 v	saec. IX	<i>A</i>	R <i>Pdiv Pnat S</i>
Leiden, Bibliotheek der Rijksuniversiteit	Voss. Lat. F 86	114 r – 144 v	saec. IX	<i>B</i>	R <i>Pdiv Pnat S</i>
London, British Library	Harley 6327	7 r – 34 v	saec. XV	<i>Harl</i>	H
London, British Library	Harley 5114	30 r – 59 v	saec. XV	<i>Harl3</i>	<i>Pnat S</i>
London, Christie's	25.6.1986, lot 212	1 r – 16 v	saec. XII-XIII an XIV?	<i>Chris</i>	
London, private collection of Nicolas Barker		179 r – 220	saec. XV	<i>Lond</i>	H
Madrid, Biblioteca Nacional	7813 (V 227)	100 v – 122 v	saec. XIV-XV	<i>Matr</i>	S
Milano, Biblioteca Ambrosiana	D 94 sup.	147 v – 167 v	saec. XV	<i>Ambr1</i>	H S
München, Universitätsbibliothek	528	111 r – 134 r	saec. X-XI	<i>M</i>	R <i>Pdiv Pnat S</i>
München, Bayerische Staatsbibliothek	clm 15958	137 v – 163 v	saec. XV	<i>Mon2</i>	S



Napoli, Biblioteca Nazionale	ex Vienna Lat. 57	106 r – 124 r	saec. XV	<i>Neap</i>	H
New Haven, Yale University, Beinecke Rare Book and Manuscript Library	284	97 r – 114 v	saec. XV	<i>Yal</i>	H Pdiv Pnat S
New York, Pierpont Morgan Library	M 497	195 r – 222 r	saec. XV	<i>Corv</i>	H S
Oxford, Balliol College	248 D	288 v – 313 r	saec. XV	<i>Ball</i>	H Pdiv Pnat S
Oxford, Lincoln College	38	132 r – 147	saec. XV	<i>Linc</i>	H Pdiv Pnat S
Padova, Biblioteca del Seminario Vescovile	ms. XXIV	112 r – 124 r	saec. XV	<i>Pat</i>	
Paris, B.N.F.	lat. 17812	1 r – 13 r	saec. XII	<i>N</i>	Pnat R
Paris, B.N.F.	lat. 6283	51 r – 67 r	saec. XIII-XIV	<i>Par</i>	Pdiv Pnat
Paris, B.N.F.	lat. 6597	51 r – 96 v	saec. XV	<i>Par3</i>	H S
Paris, B.N.F.	lat. 17154	109 v – 112 (§§ 1-38)	saec. XV	<i>Par4</i>	H S
Paris, B.N.F.	lat. 7784	163 r – 189 v	saec. XV	<i>Par5</i>	
Paris, B.N.F.	lat. 9320	4 r – 22 r	saec. XIV	<i>Par6</i>	Pdiv Pnat
Paris, B.N.F.	lat. 6374	8 r – 36 v	saec. XIV	<i>Par7</i>	
Paris, B.N.F.	lat. 6375	1 r – 16 v	saec. XIV	<i>Par8</i>	Pnat
Paris, B.N.F.	lat. 14752	175 r – 197 r	saec. XV	<i>Par9</i>	
Parma, Biblioteca Palatina	Parmense 1987	1 r – 66 r	saec. XV	<i>Parm</i>	
Roma*, Biblioteca Angelica	1511	97 v – 101 v	saec. XV	<i>Ang</i>	Pdiv Pnat
Saint Andrews, University Library	PA6295.A2A00	172 v – 191 v	saec. XV	<i>Sant</i>	H S
Saint-Omer, Bibliothèque Municipale	652	171 v – 196 v	saec. XV	<i>Bert</i>	Pdiv Pnat
Schlägl, Prämonstratense Stiftsbibliothek	Cpl. 106. [454.b].58	85 v – 98 v	saec. XV	<i>Schl</i>	Pdiv
Tours, Bibliothèque Municipale	688	1 r – 8 v (§§ 7-83)	saec. XII-XIII	<i>T</i>	Pnat R
Troyes, Bibliothèque Municipale	552	253 r – 265 v	saec. XIV	<i>Trec</i>	Pdiv Pnat S
Venezia, Biblioteca Marciana	lat. fondo antico 412 (1705)	78 r – 119 r	saec. XV	<i>Ven</i>	
Venezia, Biblioteca Marciana	lat. fondo antico 418 (1556)	36 r – 71 r	saec. XV	<i>Ven1</i>	S

Venezia*, Biblioteca Marciana	lat. VI, 81 (= 3036)	42 r – 48 v	saec. XIV	<i>Ven4</i>	Rey H
Wien, Österreichische Nationalbibliothek	189	106 v – 128 v (§§ 1-104)	saec. IX	<i>V</i>	R Pdiv Pnat S
Wolfenbüttel, Herzog-August-Bibliothek	Gud. Lat. 2 (4306)	202 r – 211 v	saec. XIV	<i>Gud</i>	Pdiv Pnat Rey S

Dum haec scribo, nondum omnes a me collati sunt, nec conferre omnes potero, propter belli insaniam<sup>9</sup> vel alios adversae fortunae casus<sup>10</sup>. De reliquis undeseptuaginta qui adiri possunt, plus quam dimidia pars a Petro Schmidt iam in quadrum redacta est, illa commentatione qua stemma librorum *De legibus* depinxit, doctissime antiquorum cognationes et familias recentiorum in lucem protulit, omnibus, qui Ciceronis philosophica in *corpore Leidensi* tradita edere sibi proposuerint, fundamentum constituit<sup>11</sup>.

Quod igitur ad codices a Schmidt collatos attinet, primum quaerendum est num hoc stemma, quod in libris *De legibus* viget, etiam in *Lucullo* reperiri possit. Quod equidem opus confeci nec raro inopinata deprehendi<sup>12</sup>. Nam, cum id stemma ei familiae quae a *F* orta est mirifice conveniat, ubi eadem sint utriusque dialogi manuscripta potiora, tamen longe aliter res se habet in altera stemmatis parte. Hic enim

<sup>9</sup> *Dresd1* propter pyrobola ab aeriis vehiculis mense Februario anni 1945 iacta nunc est «total zerstört. (Nicht mehr restaurierungsfähig, unleserlich und unreproduzierbar. Gesondert in Kapseln aufbewahrt.) Unbenutzbar» (F. Schnorr, *Katalog der Handschriften der sächsischen Landesbibliothek zu Dresden*, Leipzig 1882, Korrigierte und verbesserte Ausgabe, bearb. von L. Schmidt, vol. I, Dresden 1979). Aliquot eius lectiones in editione Görenz (Lipsiae 1809) recipiuntur, quibus satis constat eum codicem inter alios apographum *Gadd* esse.

<sup>10</sup> Vestigia *Chris* sedule investigavi, etiam per Michaellem Reeve et Christophorum de Hamel, qui uni codicem in manibus ante auctionem anno 1986 Londini factam habuerunt. Sed emptor iam obiit, heredes eius omnino de hoc codice nesciunt verusque possessor tacet: id quod notum est solum in auctionis *Indice* legitur (unde deprompsit B. Munk Olsen, *L'étude des auteurs classiques latins aux XI<sup>e</sup> et XII<sup>e</sup> siècles III, 2<sup>e</sup> partie. Addenda et Corrigenda – Tables*, Paris 1989, pp. 32-33).

<sup>11</sup> Opem non praeteream quam in his libris quoque repperi: Pease, *de div.*, laud.; Pease, *de nat. d.*, laud.; Badali, *op. laud.*, pp. 27-58; R.H. Rouse, M.A. Rouse, *The Medieval Circulation of Cicero's Posterior Academics and De Finibus Bonorum et Malorum*, in M.B. Parkes, A.G. Watson (edd.), *Medieval Scribes, Manuscripts, and Libraries: Essays presented to N.R. Kerr*, London 1978, pp. 333-367; Reynolds, *Transmission*, laud.; M. Tulli Ciceronis *Topica*, ed. G. Di Maria, Palermo 1994; *Cicero's Topica*, Edited with an Introduction, Translation, and Commentary by T. Reinhardt, Oxford 2003, pp. 73-111.

<sup>12</sup> Vide e.g. *Corv*, qui codex apographus *Gadd* in libris *De legibus* est (cf. Schmidt, *op. laud.*, pp. 324-330): cum secunda pars mire cum *Gadd* et manuscriptis a *V(N)* ortis congruat, prima codici *F* propior videtur (*philosophia editus*, § 4; *et audiendo* § 7; *aliquoius* § 8). Fere eadem de *Chis* dicenda, qui § 144 vel omissionem *qui... exules* habet.

videmus, etiamsi dimidia pars recentiorum, ut dixi, cum *De legibus* libris congruat, stemma tamen illud triperitum hyparchetypi  $y$  (=  $A v w$  Schmidt)<sup>13</sup> nullo modo ad *Luculli* bipertitum (=  $A \bar{V}$ ) accommodari posse, quod et in hoc exemplaria familiae  $w$  desunt<sup>14</sup> et in illis familia  $v$  aliter constituta est<sup>15</sup>.

Haec ipsa causa est cur iure meo dicam hanc de recentioribus recognitionem non inutilem fore: cum autem non liceat in hac commentatiuncula omnes codices singillatim percensere et stemma accuratius edere, ne tamen charta vacet, a me familiae saltem generaliter et confuse describantur: codicis *F* apographi iidem sunt ac librorum *De legibus*: *K*, *M*, *Bes*, *Chis1*, *Hart3*, *Laur1*, *Laur2*, *Reg*, *Ricc*, *Urb*<sup>16</sup>, *Vat4*, *Vat6*, quibus addendi sunt *Chis*, *Erl* et *Pal*<sup>17</sup>, *Pal6*, *Ven*<sup>18</sup>. Inter testes familiae quae originem a *V* ducit, artus manipulus et qui facile secernatur ex *Gadd* eiusque apographis componitur: *Ball*, *Bon*, *Corv*<sup>19</sup>, *Dresd1*<sup>20</sup>, *Fes*, *Laur3*, *Yal*, quibus *Lond* adiungimus. Aliquot restant qui auctore Schmidt textum  $F > \text{Vat4}$  a Guarino emendatum continent: haec

<sup>13</sup> Schmidt, *op. laud.*, pp. 67-198; at recentissimus editor (M. Tulli Ciceronis *De re publica*, *De legibus*, *Cato Maior de senectute*, *Laelius de amicitia* recensuit brevique adnotatione critica instruxit J.G.F. Powell, Oxonii 2006, pp. XXXVIII-XLVIII) ad stemma bipertitum etiam in his *De legibus* libris revertit. R.H. Rouse in L.D. Reynolds (ed.), *Texts and Transmission. A Survey of the Latin Classics*, Oxford 1983, pp. 124-128, stemmatis triperitum ne mentionem quidem fecit.

<sup>14</sup> Nam *Gud* et *Trec*, qui uni eius familiae et dialogum *De legibus* et *Lucullum* una perhibent, non utrumque ab eodem fonte deducunt: *leg.* ipsum, auctore Schmidt, a familia  $w$ , huius dialogi propria, *Luc.* a quadam  $V$  propagine (ut statim videbimus).

<sup>15</sup> Nam  $V$  codex libros *De legibus* non continet (at olim continebat, auctore Powell, *op. laud.*, p. XXXVII), ne *Lucullus* quidem integre ibi traditus est (usque ad § 104). Sed, quod peius est, cum non extent apographi antiquiores una utrumque dialogum perhibentes, *Lucullum* familiae  $v$  integrum  $N$  et truncum  $T$  iam XII-XIII saec. testantur, sed librorum *De legibus* eiusdem familiae progenies non ante saeculum XIV iniens praesto est. Quibus in manuscriptis plerumque etiam *Lucullus* traditus est, qui, etsi ad familiam  $v$  pertinet, ut persaepe accidit, tamen alio (et ignoto) tramite ac *De legibus* libri eodem pervenit, ut infra dicturi sumus. Eadem ratio redintegranda est in ceteris dialogis *corporis Leidensis*, quia libro cuique suum stemma in recentioribus est, qua de causa commentationes in adnotatione XI laudatae, quamvis sint maximi momenti, nullo modo auctoritatem suam *Luculli* recentioribus quoque imponere possunt.

<sup>16</sup> Ergo in *Luc.* antigrahus idem est ac in *leg.*, cum tantum *Ac1* ex *Gadd* oriatur (vide Hunt, *op. laud.*, pp. 127-141).

<sup>17</sup> Hi enim «are twins to their fingertips» (Reynolds, *Transmission*, *laud.*, p. 6), ut in librorum *De finibus* traditione constat.

<sup>18</sup> Huic familiae addendi sunt etiam *Cant*, *Gand*, *Sant*, qui tamen apographi editionis principis Romae a. 1471 prolatae sunt (cf. Hunt, *op. laud.*, pp. 209-215). Segregandi sunt etiam ii codices, in quibus tantum minutissima *Luculli* excerpta legantur, qui potius ad *Florilegium angelicum* quod dicitur vel ad Vincentii Bellovacensis *Speculum historiale* pertinent quam ad Ciceronem: *Ang*, *Bern*, *Cant3*, *Erf*, *Reg1* etiamque *Ven4*.

<sup>19</sup> At cf. supra adn. XII.

<sup>20</sup> De quo vide supra adn. IX.

familia, in *De legibus* libris per triginta amplius codices diffusa, tantum in *Ambr1*, *Ces*, *Ven1* superest, qui tamen scatent contaminationibus erroribusque.

In medium novissimos proferam *Linc*, *Magl*, *Mon2*, *Par3*, *Par4*, *Scor4*, mea quidem sententia cum *Bert* et *Cant2*, *Glas*, *Gud* (eiusque apographo *Par5*), *Harl*, *Matr*, *Neap*, *Ott*, *Par*, *Par6*, *Par7*, *Par8*, *Par9*, *Parm*, *Pat*, *SchP<sup>1</sup>*, *Trec* coniungendos. Haec familia, quae multis erroribus qui coniunctivi dicuntur denotata est, originem quidem in libris *De legibus* e codice deperdito *p* implicatis tramitibus traxit, et inde e *v*<sup>22</sup>. Nondum liquet quomodo huius familiae stemma in *Lucullo* describendum sit. Fama est enim codicem *N* in locum *V* successisse<sup>23</sup> et inde recentiorum *Luculli* silvam aluisse, sed his manuscriptis collatis nimis multae lectiones huic opinioni obstant, quia *N* multis lacunis denotatur, quae in recentioribus evanuerunt<sup>24</sup>, quamquam horum textus minime *F* redolet neque hoc tramite contaminatus et expletus est.

Alia est ergo via temptanda<sup>25</sup>, quod opus non senectuti, sed futuro quidem tempori seposui.

Vale\*.

<sup>21</sup> Qui sine ullo dubio apographus est *Par7*, lacuna §§ 10-12, *aduersari]um... itaque [conplures* (quae charta 87 r reperitur in media linea VIII), cum tota c. 10 r (*um... itaque*) illius *Par7* congruente.

<sup>22</sup> *Nicc* autem seponam, quod errores coniunctivos vel cum *Gadd* vel cum *p* apographis vel saepius cum utrisque ita habet ut, cum sit recentior, altius tamen originem a *V* trahere videatur.

<sup>23</sup> Vide R.H. Rouse in Reynolds, *Texts*, laud., p. 126, qui *T* apographum codicis *N* esse censet.

<sup>24</sup> Delectum hic offero locorum in §§ 1-25 ubi *N* lacunam solus praebet: § 1 (*ad*); 2 (*in*); 3 (*cum utilitate*); 12 (*etiam*); 19 (*et*); (*multaque facimus usque eo dum aspectus ipse fidem faciat sui iudicii. Quod idem fit in vocibus*); (*requirat*); 23 (*modo*); 24 (*Atque etiam illud perspicuum est, constitui necesse esse initium quod sapientia*).

<sup>25</sup> Cum in *Scor5* aliquot lectiones conspici possint quae mire *V* ante manus *V*<sup>2</sup> emendationem redoleant, hic codex, quamquam recentior, tam utilis mihi videtur ad nexus inter *ABV* explicandos ut iam statuerim melius investigare et fortasse commentatiunculam de eo edere.

\* In ima pagina gratias agere volo viris mulieribusque doctis qui hanc commentatiunculam legerunt seduloque emendaverunt, Andreae Balbo, Raphaelae Tabacco et praesertim Valahfrido Stroh, qui una cum Italo Lana abhinc multis annis *Scholis Latinis* Frisingensibus me ad Latine scribendum excitavit. Utinam esset pagina mea tantis magistris digna.